

NvK an den gesamten Pfarrklerus der Stadt und Diözese Brixen. Er belehrt sie auf der Basis von Zitaten der Kirchenväter Hieronymus und Augustinus, dass eine Verweigerung von Zehntzahlungen Missetaten und Krankheiten nach sich ziehe und befiehlt ihnen, die Gläubigen ihrer Gemeinden zur ordnungsgemäßen Zahlung der Zehnten anzubalten.¹⁾

Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, UB, Cod. 68 f. 143^v. Die Abschrift stammt von der Hand des Paulus Helmslauer, Chorberrn zu Innichen. Er notierte über dem Text die Überschrift: De decimis et primiciis persolvendis. Zur Hs. vgl. Nr. 4416, Vorbemerkung.

Druck: Hirten, Akten zur Reform 20f. Nr. 2; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 167, 169.

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 166, 168.

Erw.: Bickell, Synodi Brixinenses 38 Anm. 3; Grass, Cusanus als Rechtshistoriker 107f.; Neubauer, Beiträge zur Bibliotheksgeschichte 67.

Nicolaus miseratione divina tituli sancti Petri ad vincula etc. universis et singulis parochialium ecclesiarum rectoribus seu locatentibus eorum per civitatem et dyocesim nostras Brixinenses constitutis salutem in domino.

Cum, ut ex sacra colligimus scriptura, „si quando fames et penuria rerumque
5 omnium egestas opprimit mundum, hoc ex ira dei descendere“²⁾, credamus iuxta
Malachiam prophetam ob non solutionem decimarum et primiciarum ut plurimum
nobis evenire, cum per eum omnium rerum gubernator et dispositor clamitat: „Quia
michi decimas et primicias non reddidistis, idcirco in fame et penuria maledicti estis.“³⁾
Hinc est, quod non sine causa iam frigus, iam calor, iam grando, iam pluvia, iam
10 vermes, iam locuste fructus terre consumant⁴⁾, attestante beato Augustino et dicente:
„Quod si decimam perfecte dederis, non solum fructuum habundanciam, sed et corpo-
ris sanitatem consequeris. Deus enim noster, qui dignatus est totum dare, decimam a
nobis vlt accipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam.“⁵⁾

Pro fructuum itaque habundancia uberiori corporumque sanitate consequendis ac
15 salute egencium animarum hic et in futuro adipiscenda hortamur vos in domino,
vobisque nihilominus in virtute sancte obedientie districtius mandantes, quatenus
modis et informacionibus, quibus melius poteritis, populum vobis subiectum singulis
diebus dominicis et festivis de ambone attente informare studeatis, ut decimam nobis
et ecclesie nostre ac eciam unicuique persone debitam accurate persolvant et quilibet
20 eorum persolvat. „Decime enim ex debito requiruntur, et qui eas dare noluerint, res
alienas invadunt. Doleat ergo ille, qui causa est famis et penurie, quia quanti pauperes
in locis suis, ubi ipse decime subtractor habitat, fame, cuius ipse utique causa est,
mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante tribunal eterni iudicis apparebit, quia
rem a domino pauperibus delegatam sua subtractione impedivit. Qui ergo sibi aut
25 premium comparare aut peccatorum desiderat indulgenciam promereri fructuumque
habundanciam et corporis sanitatem consequi, reddat decimam et de novem partibus
studeat pauperibus elemosinam misericorditer impertiri.“⁶⁾ Datum Brixine mensis
januarii xxv^a anno 1456.

4 ut: *ü.d.Z.* 5 credamus: *em. credimus.* 10 consumant: *em. consummant.* 21 famis: *em. fame.* 26 reddat: *em. reddet.*

1) Nr. 4652 war wohl als Predigtvorlage für den Pfarrklerus gedacht. Das Stück komplettiert eine ganze Reihe von Maßnahmen zur Steigerung der Zehnteinkünfte. Vgl. Nr. 4533, 4561.

2) Hieronymus, *Comm. in Malachiam prophetam c. 3*, ed. Migne, PL XXV 1571. Alle Zitate in Nr. 4652 stammen aus dem *Decretum Gratiani*, hier C. 16 q. 1 c. 65 § 1, ed. Friedberg I 783. Vgl. Mal. 3,8f.

3) Hieronymus, *Comm. in Malachiam prophetam c. 3*, ed. Migne, PL XXV 1570; C. 16 q. 1 c. 65, ed. Friedberg I 783.

4) Vgl. Mal. 3,11; Hieronymus, *Comm. in Malachiam prophetam c. 3*, ed. Migne, PL XXV 1571; C. 16 q. 1 c. 65, ed. Friedberg I 783.

5) Augustinus, *Sermo 227*, ed. Migne, PL XXXIX 2267; C. 16 q. 1 c. 66, ed. Friedberg I 784.

6) Augustinus, *Sermo 227*, ed. Migne, PL XXXIX 2268; C. 16 q. 1 c. 66, ed. Friedberg I 784.